Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XIIII

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

quia passionis occurrit materia. Tandem cum aliquam moram cum eis contraxe[...] eis petiit recedendi licentiam et benedictione accepta primo a parentibus Christi deinde a matre postea a Joseph genibus flexis cum lacrimis et compassione magna valefaciat eis. Quia tamquam exules a patria sine aliqua causa et exulanti romanet ad peregrinandum ibidem per annos septem in sudore vultus sui victuri. **Oratio**

Domine Ihesu Christe qui adhuc infans persecutiones et exilia pati et infantes tuos pro te occidi voluisti. da michi amore tuo hec omnia ac etiam mortem si oportet pro te pacienter tollerare ac cetera prospera mundi despicere et nulla eius adversa formidare. et vos o sanctissimi innocentes flores et primicie martirum qui per innocentiam et martirii palmam dei filio infanti adhesistis dignemini de plenitudine gratie et innocentie vestre infirmitati et inopie peccatorum meorum veniam et gratiam ab eodem dei filio benignissimo obtinere. Amen

De reditu domini ex egipto et initio prime tabis baptiste

Completis autem fere septem annis quibus dominus peregrinatus est in egipto et herode mortuo vocatus est dominus ex egipto. Circa quod dicitur in hystoriis xxx^o anno regni herodis natus est christus et xxxvij^o anno regni sui mortuus est herodes. Hoc autem factum est ut contra naturae impleretur quod dictum est a domino per osee prophetam. Ex egipto vocavi filium meum scilicet consubstantiale. Hoc etiam de vocatione et exitu israel de egipto ad terram legitur qui etiam quadoque puer et filius a domino appellatur. Ista ergo auctoritas habet duplicem sensum litteralem. quia verificata est ad literam de populo israel vocato a domino de egipto. perfectius tamen de domino nostro Ihesu Christo

quia ipse est filius dei naturalis. alii autem sunt filii per adoptionem. Quarto ergo anno archelai senioris filii herodis et anno domini octavo. Apparuit angelus domini Joseph in sompnis dicens ei. Tolle puerum et matrem eius et vade in terram israel. scilicet in iudea. defuncti sunt enim qui querebant animam pueri id est vitam corporalem. scilicet herodes et complices eius et fautores in morte domini. scilicet scribe et pharisei. Circa quod videtur Josephus herodes precepit in morte sua plures de nobilibus iudeorum interfici ut sic cogeret iudeos qui eum oderant flere in sua morte. Vel herodes mortuus est ad literam. alii quo ad potestatem. Ex hoc ergo loco secundum Jeronimum intelligimus non solum herodem sed et sacerdotes et scribas eodem tempore necem domini fuisse meditatos. Ut autem ait Remigius per hoc quod angelus in sompnis Joseph apparuisse dicitur. mistice designatur quod illi qui a curis terrenis et secularibus negotiis requiescunt per sui angelica visione merentur. Igitur Joseph consurgens tamquam proprius obediens accepit puerum tamquam nutricius sollicitus et matrem eius tamquam comes obsequiosus et cepit redire in terram israel. Vadunt ergo et transeunt per desertum per quod venerunt. Vade et tu cum eis auxilium et servicium exhibens et compatiens ipsis in quibus poteris. Et in ipso itinere sepe poteris compati eis et respicere ipsos fatigatos et labore devictos et tam die quam de nocte parum quietis habentes. O quantum ipse egregius puer ac delitiosus rex celi et terre pro nobis laboravit et quam cito cepit. unde propheta in eius persona predixit. Pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea. Penurias magnas labores arduos et afflictiones durias corporis constantissime assumpsit et se ipsum quasi odio pro amore nostro habuit. Certe plus hic labor de quo nunc tractatur

ad plenam redempcionem nostram debu
isset. Dicitur autem quod circa finem pdc̄ deserti
iam puer Iohannes baptista primum cepe
aperat cum tamen nullum peccatum haberet
quia dicitur petisse desertum / dum septem
annorum esset. et quod locus Iordanis. ubi
baptizavit ipse Iohannes est ille / ubi transiverit
filii israel. quando venerunt de egipto per
primum desertum. circa quem locum in eodem
deserto Iohannes fecit primam Predicacionem
futurus. quam totaliter potuit. asperam so
litudinis elegit et petiit ubi primevam
etatem transegit ut conveniens in desertis vitam
austeram duceret. et ab amore illecebris
mundi / et se. et auditores suos suspenderet
facilius et revocaret. Et ut ibi contempla
cioni vacaret liberius. divinamque sapiam
hauriendo. quam postea effudit predicando
Bonum est igitur eius exemplo. ab adoles
cencia iugum domini portare et divina
nunc tenera est. bonis se assuescere. et predica
dis auditores. actu precedere. Ex quo sumitur
argumentum. quod antequam quis perfectus fuit.
aliorum magisterium obtinere non debet
manebat Iohannes in deserto ubi est aer pu
rior celum apercius. et familiarior deus.
ut quia nondum baptismi et predicacionis
tempus advenerat. avibus vacaret.
et cum angelis conversaretur. et certamen
tum maliciam nutriret. et neminem
vereretur arguere. nichil sibi conscius. et
esset fide dignus. qui cristum erat predi
caturus. et de ipso testificaturus. nemo por
enim alterius testis esse ydoneus. nisi
prius fuerit suus. Fugit ergo turbas. et
tumultum populi. ne ex cohabitacione
contraheret infama. vel vite aliquam
maculam scandali. vel delicti. Et si in
mundo mansisset. forte malicia. et consu
etudine hominum. depravatus fuisset. Mundum
itaque fugit. ut sanctitatem suam custodi
ret. et ne levi saltem. verbo vel peccato

vitam macularet. Nam secundum Cris
ostomum impossibile est arborem iuxta viam
positam. fructus usque ad maturitatem ser
vare. sic hominem iuxta mundum positum
usque in finem vite innocenciam custodire.
Sunt autem quedam arbores. que licet in
orto sint plantate. ita quod ad sepitem
transeuntes non possint attingere. tamen ra
mos suos supra viam expandunt. et ideo
molestantur a transeuntibus. sic est de religi
osis in negociis secularibus se impli
cantibus. Excellens valde et amabilis
est puer iste Iohannes. Ipse fuit primus p
mus heremita ac principium. ac via reli
gionis vite volencium. De cuius singulari
conversione petrus ravenas ita scribit
Infra teneritudine annorum. beatus iste
puer / spiritu ducente ad heremum ductus
est. Nec obstetit etatis infirmitas qua
maiestas dei secundavit. Reliquid Io
hannes mundum. homines fugit. priuam
nescit. parentes aspernatur. et in solius di
vinitatis apice beate contemplacionis
figit obtutus. Mira rerum conversio
hominem vix mundum ingressum. mundi
gloriam fugere. et seculi cupiditates non
solum oblivisci sed et nescire. Preciosum
tamen divinitate stabilire consorcium
Recessus nemorum silvarum. anfractus.
et vallium subiacens vastitas. quos
patriarche domicilia cum nox cogeret
prebuerunt. Sic Iohannes etatis supergressus
infanciam. et nobilioris generis genero
sitatem oblitus. soli vacat divinitati.
Forma vite monachorum propositum a
nachoritarum principum. totius religionis
assercio. Unde et Cris. Sicut sacerdo
tum principes sunt apostoli. sic monachorum
princeps Iohannes baptista est. quamvis dicit
hebreorum scriptura et usque hodie in
memoria est. Consideraten monachi dig
nitatem vestram Iohannes princeps est.

vestitu est dogmatis. Ipse monachus sta-
tim ut natus est in heremo vivit. in here-
mo nutritur. cristum expectat in solitu-
dine. non vult cum hominibus conversari
in heremo cum angelis conversatur. Felix ista co-
nversacio despicere homines. angelos querere
urbes deserere. et in solitudine cristum in-
venire. Cristum non querebat in templo
sed in deserto. Separaverat se a multitudine
oculis expectantibus cristum. nil aliud
dignum est aspicere nisi cristum. Felices sunt
qui imitantur iohannem. quo maior inter
natos mulierum non surrexit. hec Cris.
Infelices ergo sunt monachi. qui Iohannem prin-
cipem suum non sequentes. solitudinem
suam deserunt. et in urbibus cum homini-
bus conversantur. quibus solitudo carcer
est. et opidum paradisus. Non sic Ieronimus
senciebat qui dicebat. videant alii quod
senciant. unusquisque enim sensu suo du-
citur. michi opidum carcer est. et solitudo
paradisus. hec Ieronimus. Agnoscat ergo monachus
nomen suum. monos enim grece. unus
latine. et achos grece tristis latine dicitur
inde monachus quasi unus et tristis inter-
pretatur. Sedeat solus et tristis et offi-
cio suo vacet. alienumque officium non
usurpet. Et tamen si docere vult. audiat con-
silium Hugonis qui dicit. vilitas habitus
tui. et simplicitas vultus. et sanctitas
conversacionis tue docere debet homines
melius fugiendo mundo doceris quam
sequendo. Servi etiam secundum consilium
Gregorii. reverenciam sui. habitus in actu
in locucione in cogitacione. semper circumspi-
ciat ut ea. que mundi sunt perfecte despi-
ciat. et quod ostendit humanis oculis ha-
bitu. hoc ante dei oculos moribus pre-
tendat. Non ergo glorieris. quod in solitu-
dine vel religione sis aut longo tempore
fueris. nisi bene vixeris in ea. quia ni-
chil tibi proderit. unde magistra dis-

na patrum. si heremita vel religiosus vo-
catus. et vitam non agis. ut enim
ait Ieronimus. non Ierosolimis fuisse. sed
Ierosolimis bene vixisse laudandum est. Unde
Augustinus ad fratres heremitas. Non enim
satis prodest. quod istum locum expetivimus
si tales sumus. quales in seculo exsti-
teramus. Numquid nobis habitacio heremi
sancti aliquid prodest. quando tirannicus
dominatus malicie in nobis estuat. quando
ira super extat. quando maiorem nobis
victoriam humanis oculis. quam divinis
dictat. quando laudabiles heremite esse mun-
dum nos esse credimus. et per diversarum
passionum ~~[illegible]~~ vicia. mundum intra
nos inclusum tenemus. ita ut qui puta-
bamus nos precibus nostris seculo pro-
ficere. pene necesse sit ut credamus nos ma-
gis seculi intercessoribus indigere. Dubium
quippe non est. quod illa anima. que in
cupiscencia voluptatum possessa. efficitur
mundane conversacionis. non possit ef-
fici regnum divinitatis. Ideoque fratres
audite vocacionem vestram. venire ad heremum
quidem summa perfectio est. sed non per-
fecte in heremo vivere. summa dampnacio
est. Quid enim prodest. si locus corporalis
quietus teneatur. et inquietudo in corde
accipitur. Quid umquam prodest si inhabi-
tacione silencium. inhabitatoribus sit
viciorum tumultus. et colluctacio ~~[illegible]~~
passionum. si exteriora nostra serenitas
teneat. et interiora tempestas. Non enim
ideo ad istum locum venimus. ut nobis
mundus famuletur. ut rebus omnibus
habundantes. cum quiete fruamur.
non utique ad requiem. nec ad securitatem
sed ad pugnam huc venimus. ad agonem
processimus. decertanda cum viciis bella
gerimus. ut lingue gladio retundamus
ut non solum non inferamus iniurias sed
nec senciamus illatas. hec Augustinus.

Sed heu pauci hodie religiosi reperiuntur qui de bono in melius proficiunt et de virtute in virtutem ascendunt. Unde Ber[nardus]: Aspice studiosius, respicies multos seculares conversos ad bonum quam unum de religiosis transisse ad melius. Rarissima avis in terris est qui de gradu quem in religione forte semel attigerit vel parum ascendit. Aut ascendas necesse est aut descendas; si attemptas stare, ruas necesse est. Et certum quamvis certo est bonus qui melior esse non vult, et ubi incipis nolle fieri melior, ibi desinis esse bonus. Hec Ber[nardus]. Ioseph autem et mater cum puero Ihesu transeuntes Iordanem venerunt in terram Israel secundum angeli iussionem. Non enim declaraverat angelus in quo loco terre Israel, nec nominaverat aliquam civitatem determinate, ut dubitante Ioseph iterum reverteretur, et ex reversione angeli mutantis eum de loco Ioseph ex frequenti visitatione angeli et locutione cum eo certior redderetur et magis consolaretur. Quod Ihesus in patriam suam redierit, nos quoque in patriam nostram festinare ammonet. Audiens vero Ioseph quod Archelaus filius Herodis senior regnaret in Iudea pro suo patre, timuit illo ire propter Archelaum paterne crudelitatis heredem, qua ille tamquam principali insigni pro patre relabat, et omnis impetus persecutionis in Bethleem eius finibus descendebat. Iudea aliquando accipitur pro tota terra XII tribuum, et ibi: notus in Iudea deus. Aliquando pro sola terra tribus Iude, ut ibi: Iudea et Ierusalem, nolite timere. Aliquando pro terra duarum tribuum, scilicet Iude et Beniamin, ut hic dicitur quod Archelaus regnavit in Iudea. Divisum ergo erat regnum, etiam a pluribus regebatur. Ad cuius evidenciam est sciendum quod secundum opinionem magis probabilem Herodes moriens condidit testamentum in quo ordinavit Archelaum filium suum regni sui successorem, ita tamen quod coronam sibi non imponeret nisi per Romanum imperatorem. Ad sumendum igitur diadema Romam venit. Sed et fratres eius duo, scilicet Herodes Antipas et Philippus, qui cum ipso post mortem patris superstites erant, quia alios tres filios, scilicet Antipatrem suum primogenitum et Alexandrum et Aristobulum, pater ante mortem suam miserabilem necaverat, etiam Romam venerunt et paterne hereditatis partem petierunt. Tandem imperator et senatus Romanorum volentes frangere Iudeorum superbiam et auferre eis rebellandi occasionem, abstulerunt eis regium nomen et diviserunt regnum in quatuor partes, scilicet in quatuor tetrarchias, quarum duas, scilicet Iudeam et Ydumeam, dederunt Archelao filio seniori; terciam, scilicet Galileam et regionem trans flumen, dederunt Herodi Antipe, sub quo Iohannes est decollatus et dominus passus; quartam, scilicet Ituream et Traconitidem regiones, dederunt Philippo, cuius uxorem abstulit ipse Herodes Antipas frater eius. Et sic Archelaus erat dyarcha, sed alii duo fuerunt tetrarche. ¶ Adhuc autem preter Herodem Ascalonitam et Herodem Antipam supradictos, etiam tercius Herodes dictus Agrippa, filius Aristoboli, filii Herodis Ascalonite, qui Iacobum fratrem Iohannis gladio occidit et Petrum incarceravit. Et quia Archelaus similis erat patri, quantum in se erat in toto regno Iudeorum substitutus, ideo magis favebat factis a patre, propter quod Ioseph timuit ire in Iudeam, et ammonitus in sompnis per angelum ivit cum puero et matre eius in Galileam, ubi dominabatur alius filius, scilicet Herodes, qui porcione sibi debita a patre quatuor

in se erat ante privatus fuerat. preter
quod Joseph cum puero ibidem parvus
mansit que et ipsa terra ipsius erat. quia ea
ipsius incolebat. Et veniens habitavit in
civitate que vocatur Nazareth. ut ibi christus
nutriretur ubi fuerat conceptus. licet in
bethleem fuerit natus. ibi etiam securius
habitare poterat. quam in iudea vel beth
leem ubi archelaus manebat. Unde Ber(nardus)
Venit ergo Jhesus in Nazareth non plus
periculi timore. verum etiam patrie amore
agente. ut saltem parvus ibi habitaret
et crevit. Hoc autem factum est ut adim
pleretur quod dictum est per prophetam. quo
niam nazareus vocabitur. hic ut tenetur
conse(quentia) non causalis. quia prophetia non
est causa eventus rei. sed eventus est causa
impletionis prophetie. Nazareus autem christus
est nuncupatus. tam ex loci appellatione
ubi conceptus est et nutritus. quam ex
sacro legis. secundum quam nazareus
sanctus interpretatur et dicitur omnibus scrip
ture dicit. et testantur. Hic ergo elegit
locum in quo nasceretur. sic et civitatem
in qua adolescens nutriretur. cuius nomen
est indicio quod nutritus ipse fons sanctitatis
in sanctitate nutritus. sanctus scilicet
quasi nazareus. nazareorum recte dicitur
Nazareth enim flos campi. vel germen vir
gultum vel sanctitas interpretatur. de cuius
radice germinis sanctus florum/ ideo na
zareus ascendisse legitur. Unde et ex hoc
quod christus dictus est nazareus. discipuli
eius et quam plures eos nomine consue
verunt nazarei vocari. Et postquam pe
trus antiochenam sedem tenuit. tunc eo
filio greco nomine a christo christiani dicti sunt.
In nazareth ergo concipi. et nutriri christus
voluit. ut per hoc daret intelligi quod flo
rida fuit. et eius conceptio. quia sine ori
ginali. et eius conversatio. quia sine ac
tuali. Unde dicit Ber(nardus). quod amat florige
ram patriam flos de radice yesse. In hoc etiam
quod dereliquit egiptum. et venit in galileam
habitavitque in nazareth. dat nobis exemplum
quod statim culpe debemus deserere. et de vi
ciis ad virtutes transire. in perseverantia quoque bo
norum operum florere. ut sic ad patriam
celestem mereamur pervenire. Sic reduxi
mus puerum Jhesum de egipto. Eo reverso
sorores domine. alii quoque consanguinei et amici con
currunt. et ad visitandum eos festinant. Ipsi
autem Nazareth remanent. et pauperem
vitam ducunt. ubi more solito Joseph opus
fabriles locavit. et maria filando ac su
endo et alias prout potuit laboravit.
ac nichilominus circa filium suum diligens et
sollicita fuit. Ut enim ait Anselmus. nec est aliqua hoc nota
sciencia. que possit penetrare. nec eloquentia
que possit predicare. quanta dulcedinis sua
vitate parvulum fovit. quanta diligentia
obsequioque adolescentem. et in robur etatis
vadentem provexerit. Et prout ipsamet
cuidam devote persone revelavit. emula
tiones cum filium suum gremio consueverat
premunire devotionis dulcedine caput suum
capiti filii acclinans. tantas lacrimas effudit
ut caput et totam faciem eius lacrimis amo
ris rigaret. et dicebat. O salus et gaudium
anime mee. Quis hec audiens vel mente
tractans. se a lacrimis poterit continere.
Deinde usque ad xii annum pueri Jhesu. non nota
legitur aliquid de ipso. vel eius gestibus.
Dicitur tamen et commune est quod in nazareth
est adhuc fons parvus. ad quem domina
aliquando ibat. et de quo puer Jhesus
frequenter aquam hauriebat. et matri
ministrabat. eo potissime quod subditus illi erat.
Pro summis ergo deliciis. interdum aquam
tribuit sue matri. qui dat escam omni carni.
Ubi etiam herbas in agris colligit. de
quibus mater olera conficeret. Faciebat
huiusmodi servicia matri humilis dominus.
non enim habebat alium servientem.

vel iuvantem in necessitatibus. In humilitate se contemperare exercere cepit, de qua postmodum pre ceteris virtutibus gloriando dixit: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Unde Anselmus: Nihil vesanitatis estimes tibi accessurum, si eum apud Nazareth puerum omnes pueros contemplaris subiectum obsequentem matri, si operantem nutricio assistentem intueris.

Oratio

Ihesu mitissime, qui de confinio civitatis in partes Egipti secessisti et ab Egipto vocatus in terram Israel redisti, revoca domine me servum tuum a cultu idolorum viciorum in Egipto huius seculi proiectum, in huius peregrinacionis tenebris exulatum, ab Egipti partibus a mundane conversacionis tenebris, ut redeat corpore, redeat mente et voluntate. Fac me vicia deserere et ad virtutes transire et in terram promissionis me digneris introducere, modo fide, spe et caritate, in futuro vero re, spe, glorificacione et veritate. Amen.

De eo quod puer Ihesus remansit in Ierusalem et inventus est in templo. Capitulum xvi.

Puer autem Ihesus crescebat in augmento et confortabatur in vigore, scilicet quantum ad corpus, et ne quis putaret ita eum crevisse ut ceteri, sic crevit secundum gratiam, et gratia dei erat in illo, scilicet quantum ad utrumque. Unde secundum Bedam: Quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ideo puer iste erat plenus sapiencia, nec secundum hoc indiguit augeri vel confortari, utpote verbum dei et deus; sed inquantum fuit homo erat in eo gratia. Magna enim gratia illi homini Christo donata est, ut ex quo homo fieri cepisset, perfectus esset et deus. Et secundum eundem Bedam: Huic simile est quod Iohannes scribit eum plenum gratia et veritate, eandem ipse divinitatis excellenciam nomine veritatis

corporis vero subdit quod erat plenus sapiencia, scilicet quantum ad animam, et gratia dei ...

quam Lucas sapiencie nomine commendavit. Habuit Christus quippe plenitudinem omnium virtutum et donorum spiritus sancti, exceptis fide et spe, pro quibus habuit certam scienciam et firmam possessionem, quia ab instanti sue concepcionis beatus fuit. Crescens ergo Christus crescere et confortari vel tale aliquid agere dicitur, omnia ad corpus referuntur. Nam secundum animam ab instanti concepcionis totaliter perfectus fuit. Unde Bernardus: Vir erat Ihesus nondum natus, sed sapiencia non etate, animi vigore non corporis maturitate, sensuum integritate non corpulencia membrorum. Non enim minus habuit sapiencie Ihesus conceptus quam natus, parvus quam magnus. Sive ergo latens in utero, sive vagiens in presepio, sive iam grandiusculus interrogans legis doctores in templo, sive iam perfecte etatis docens in populo, eque perfecte fuit plenus spiritu sancto. De his et huiusmodi habes et infra in fine huius capituli. Et ibant parentes eius tamquam devoti et religiosi legis observatores per omnes annos in Ierusalem in die sollempni pasche, scilicet ut orarent et legem audirent, sacrificiis participarent, sollempnitati interessent, et eius adhuc umbre serviebant cuius iam veritatem tenebant. Ubi nota quod legales festivitates iudeorum quedam erant cotidiane et continue, quedam anniversarie. Cotidiane et continue erat dies scilicet sabbati, quo vacabat ab omni opere, eo quod illo die deus requievit ab omni ~~opere~~ opere creacionis. Alia est neomenia in principio scilicet nove lune ad laudem creatoris qui creavit omnia tempora. Anniversarie vero festivitates erant quinque, scilicet festum pasche, quod celebrabatur xiiii luna mensis primi; erat hec festivitas in memoriam liberacionis de Egipto. Secunda erat festivitas pentecostes, que celebrabatur quinquagesimo die a pascha.